Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses inaugurales argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/295214

20

THESES INAUGURALES
ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CHRISTOPHORI HENRICI DIDERICI BUYS BALLOT,

IN FACULTATE MATH. ET PHIL. NAT. PROF ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

CHIRURGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

RUDOLPHUS THEODORUS HART,

e pago Nieuwer-Amstel,

MEDICINAE ET ARTIS OBSTETRICIAE DOCTOR.

A. D. XXI. M. DECEMBRIS A. MDCCCLXIII, HORA OCTAVA DIMIDIATA.

AMSTELODAMI,

APUD A. ZWEESAARDT ET FILIUM.

MDCCCLXIII.

THESES.

I.

In cranii fracturis osse desidente, trepanatio, quam vocant, illico fieri debet.

II.

Num femur exciderit an collum ipsius fractum sit, nonnumquam dubium est.

III.

Ad varices curandas, compressio continua, simul illinita chloreti ferrici solutione, ceteris methodis praeferenda.

IV.

Quaecunque ad herniam sanandam excogitata fuerint, aut non sufficiunt, aut vitae periculum afferunt.

V.

Non recte vir Cl. Hyrtl: »Blutegel an der Schläfe bei Augenleiden sind ein absurdum."

VI.

In sectione alta, aquae, quae fieri solet, in vesicam injectio ad verticem elevandam nihil prodest.

VII.

Excisio cicatricis ceteris ipsius curandae methodis praeferenda.

VIII.

Ad labium leporinum curandum tempus, quod dentitionem excipit, maxime idoneum.

IX.

In Cataractae operatione, extractio reclinationi praeferenda.

X.

In prudente tonsillae resectione, carotides laedi non possunt.

XI.

In intestinorum vulneribus, quae ventris pariete non diducto contingi possunt, enteroraphia ano artificiali praeferenda.

XII.

In enteroraphiis, sutura nodosa et simplicissima et omnium optima est.

XIII.

Tunica vaginalis communis testiculi et funiculi spermatici, fasciae transversae productio, non adest.

XIV.

Ossium metacarpi, pollicis excepto, amputatio exarticulationi praeferenda.